



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Qvaestio XXXI. De his quæ ad vnitatem, vel pluralitatem pertinent in
diuinis in quatuor articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82303)

Persona diffinitur per indiuiduum seu incommunicabile: sed hæc duo non significant conceptum quidditatum rerum sed denominatiuum; ergo persona significat rationem denominatiuum comparatione Petri & Ioannis, quamuis sit essentialis huic & illi personæ, ut nomine personæ significantur. ergo non potest à Patre, & Filio, & Spiritu S. abstrahi conceptus communis quidditatiuè: bene tamen commune quasi proprium earum; proprium autem denominatiuè prædicatur. Minor probatur; quia indiuiduum est veluti passio propria cuiusque rei in ratione entis, sicut bonum; passio autem non prædicatur in quid, sed denominatiuè. *Resp.* falsam esse minorem propositionem. Ad probationem negatur assumptum; nam indiuiduum ad naturam communiter siue absolute sumptam comparatur, ut complementum in eodem genere, non autem ut passio. Ad ens autem comparatur ut modus rei, de qua dicitur, intrinsecus: & ideo communiter sumptus de rebus singulariter existentibus prædicatur quidditatiuè.

CONTRA sextam concl. est argumentum, quod proponit & soluit Iauellus ex Ioanne Baccone, quo nihil probatur contra mentem D. Thomæ.

Ob. 1. con. *Sol. 1.* Ob. 2. *Sol. 2.*

CONTRA ultimam possunt adduci duo argumenta ex Caiet. loco superius allegato in prædicamento substantiæ, ubi sic argumentatur. Omne diffinibile, vel certitudinaliter scibile est vniuersale: sed persona est diffinibilis, seu scibilis. ergo. Minor probatur: quoniam de singularibus non est scientia. Secundo. Id cuius diffinitio prædicatur de pluribus vniuersè, est vniuersale: sed diffinitio tota personæ prædicatur de pluribus vniuersè; ergo persona est vniuersalis. *Resp.* falsam esse minorem primi argumenti; non enim persona diuina est diffinibilis. Secundo dico maiorem non esse veram nisi in rebus creatis, ubi id, quod est scibile, distinguitur secundum diuersa esse in singularibus. Ad secundum dico falsam esse maiorem, quando id, quod de pluribus prædicatur, non est in eis secundum aliud & aliud esse.

QVAESTIO XXXI.

De his quæ ad unitatem, vel pluralitatem pertinent in diuinis in quatuor articulos diuisa.

POST hæc considerandum est de his, quæ ad unitatem vel pluralitatem pertinent in diuinis.

Et circa hæc quaruntur quatuor.

Primo, De ipso nomine trinitatis.

Secundo, Vtrum possit dici, filius est alius à patre.

Tertio, Vtrum dictio exclusiua, quæ videtur aliam rem excludere, possit adiungi nomini essentiali in diuinis.

Quarto, vtrum possit adiungi termino personali.

Ratio ordinis articulorum huius quaestionis.

TOTA hæc quaestio, in qua S. Th. agit de his, quæ ad unitatem vel pluralitatem pertinent in diuinis, est de modo loquendi per terminos & propositiones, quatuor habens articulos optimo ordine dispositos; Nam incipiens quasi à communioribus agit de modo loquendi primo quo ad hoc nomen Trinitas: an scilicet conuenienter dicatur in diuinis. Secundo quoad nomina significantia distinctionem vnius personæ ab alia. Tertio quo ad dictionem vel dictiones exclusiuas adiunctas terminis essentialibus, quibus dictionibus exclusiuis significatur quædam compara-

tio essentialis ad attributa essentialia, vel etiam ad personas siue proprietates personales. Quarto, & vltimò agit de modo loquendi quo ad dictionem exclusiuam adiunctam termino personali, quæ significatur quædam comparatio personæ ad prædicata essentialia vel notionalia. Vnde etiam in nobis primò gignitur per fidem notitia Trinitatis personarum: Secundo vnam personam alteri comparamus: Tertio essentialiam, in qua vniuntur personæ, consideramus in ordine ad attributa & personalia: Demum personas, tum per ordinem ad essentialia, tum per ordinem ad personalia siue notionalia contemplamur.

B

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sit Trinitas in diuinis?

AD primum sic proceditur. Videtur, quod non sit Trinitas in diuinis. Omne enim nomen in diuinis vel significat substantiam vel relationem. Sed hoc nomen, trinitas, non significat substantiam, prædicaretur enim de singulis personis: neque significat relationem, quia non dicitur secundum nomen ad aliud. Ergo nomine trinitatis non est vtendum in diuinis.

2. Præterea. Hoc nomen, trinitas, videtur esse nomen collectivum, cum significet multitudinem. Tale autem nomen non conuenit in diuinis, cum vnitatis importat a per nomen collectivum sit minima vnitatis. In diuinis autem est maxima vnitatis. Ergo hoc nomen trinitas, non conuenit in diuinis.

3. Præterea. Omne trinum est triplex: sed in Deo non est triplicitas, cum triplicitas sit species inaequalitatis. Ergo nec trinitas.

4. Præterea. Quicquid est in Deo, est in vnitatis essentie diuina, quia Deus est sua essentia. Si igitur trinitas est in Deo, erit in vnitatis essentie diuina. & sic in Deo erunt tres essentialia vnitates, quod est hereticum.

5. Præterea. In omnibus quæ dicuntur de Deo, coneretur prædicatur de abstracto. Deitas enim est Deus, & paternitas est pater. Sed trinitas non potest dici trinitas, quia sic essent nouem res in diuinis, quod est erroneum. Ergo nomine trinitatis non est vtendum in diuinis.

Sed contra est, quod Athanasius dicit, quod Vnitatis in trinitate, & trinitas in vnitatis veneranda sit.

Respondeo. Dicendum, quod nomen Trinitatis in diuinis significat determinatum numerum personarum. Sicut igitur ponitur pluralitas personarum in diuinis, ita vtendum est nomine trinitatis, quia hoc idem, quod significat pluralitatem indeterminatam, significat hoc nomen trinitas determinatam.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc nomen trinitas, secundum etymologiam vocabuli, videtur significare vnam essentialiam trium personarum, secundum quod dicitur trinitas quasi trium vnitatis. Sed secundum proprietatem vocabuli, significat magis numerum personarum vnius essentialia; & propter hoc non possumus dicere, quod pater sit trinitas, quia non est tres personæ. Non autem significat ipsas relationes personarum, sed magis numerum personarum adinuicem relatarum: & inde est, quod secundum nomen, ad aliud non refertur.

Ad secundum dicendum, quod nomen collectivum duo importat, scilicet pluralitatem suppositorum, & unitatem quandam, scilicet ordinis alicuius. Populus enim est multitudo hominum sub aliquo ordine comprehensorum. Quantum ergo ad primum, hoc nomen, trinitas, conuenit cum nominibus collectivis: sed quantum ad secundum differt, quia in diuina trinitate, non so-

In suo Symbolo fidei.

D. 358.

luz.

dim est vnitas ordinis, sed cum hoc est etiam vnitas essentia.

Ad tertium dicendum, quod trinitas absolute dicitur. Significat enim numerum ternarium personarum. Sed triplicitas significat proportionem inaequalitatis: est enim species proportionis inaequalis, sicut patet per Boet. in arithmetica. Et ideo non est in Deo triplicitas: sed trinitas.

Ad quartum dicendum, quod in trinitate diuina intelligitur & numerus, & persona numerata. Cum ergo dicimus trinitatem in vnitate, non ponimus numerum in vnitate essentia, quasi sit ter vna, sed personas numeratas ponimus in vnitate naturae, sicut supposita alicuius naturae dicuntur esse in natura illa. E conuerso autem dicimus vnitatem in trinitate, sicut natura dicitur esse in suis suppositis.

Ad quintum dicendum, quod cum dicimus, trinitas est trinitas ratione numeri importati, significatur multiplicatio eiusdem numeri in seipsum, cum hoc, quod dico trinum, importet distinctionem in suppositis illius, de quo dicitur. Et ideo non potest dici, quod trinitas sit trinitas, quia sequeretur si trinitas esset trinitas, quod tria essent supposita trinitatis: sicut cum dicitur Deus est trinus, sequitur quod sunt tria supposita Deitatis.

Sensus quaesiti.

QVAERIT hic, vtrum congrue nomen Trinitatis proprie sumptum enuncietur de diuinis.

Forma Textus.

CONCL. est. Trinitatis nomine vtendum est in diuinis. Probatur. In diuinis ponitur pluralitas personarum; ergo etiam vtendum est nomine Trinitatis. Probatur consequentia; quia quod significat pluralitas indeterminatam, significat hoc nomen Trinitas determinatam; nam importat determinatum numerum personarum scilicet numerum ternarium. Procedit haec ratio, vt notat Cai. supposita fidei veritate, quod in diuinis sint verè tres personae.

Expositio Textus.

DETERMINATIO huius art. militat contra haereticos Trinitarios negantes in Deo trinitatem personarum, & aduersus Calvinistas non recipientes nomen trinitatis.

An trinitas sit nomen essentiale.

S. D. in 1. dist. 24. qu. 2. art. 2. quaerit: vtrum hoc nomen Trinitas sit essentiale? & ibidem concludit quo ad ethymologiam significari nomine Trinitatis vnitatem essentiae, & distinctionem personarum: sicut etiam hic ait in resp. ad 1. quod idem affirmat in 1. in resp. ad 2. de eodem nomine quo ad eius impositionem siue significationem; Vbi tamen hanc statuit differentiam: quod hoc nomen Trinitas, quo ad eius ethymologiam, significat vnitatem essentiae in recto, numerum autem personarum in obliquo: dicitur enim Trinitas quasi trium vnitas. Quo ad veram autem nominis significationem numerus personarum significatur in recto, vnitas autem essentiae in obliquo: Nam idem significatur cum dicitur Trinitas, ac si diceretur tres personae vnus essentia, vt Magister exponit & approbat S. D. quod etiam expresse docet hic in d. resp. ad 1. & satis aperte significat in resp. ad 2. An autem hoc nomine significentur relationes? negatiue respondet hic S. D. loquens de formali nominis significatione; nam de materiali, id est quoad ea, circa quae ponitur hic numerus in diuinis, affirmat in 1. significari relationes, quae solae numerantur in

An trinitas significet relationem.

A diuinis: atque ideo Trinitatem esse ad aliquid, non in quantum est Trinitas, sed prout est diuina Trinitas: ac proinde habere relationem implicitam: ex quo sequitur nomen Trinitatis formaliter & explicitè non dici ad aliud, sed materialiter tantum & implicitè id est ratione singularum relationum Trinitatem personarum constituentium.

CONTROVERSIA VNICA.

An in Deo sit triplicitas?

IN RESPONSIONE ad tertium negat S. D. in Deo esse triplicitatem, ob eam causam, quia si significat proportionem inaequalitatis; cum Boetius in arithmetica lib. 1. cap. 24. statuatur triplicitatem speciem inaequalitatis. Sed Vasc. disp. 131. cap. 3. rationem hanc vt inefficacem reprehendit, & aliam quam affert ex D. August. lib. 6. de Trinitate, cap. 6. 7. & 8. & lib. 15. cap. 3. nimirum, quia si Deus diceretur triplex aut multiplex ratione personarum, sequeretur maius quid esse Patrem, Filium & Spiritum sanctum simul, quam sit solus Pater. Suam autem sententiam explicat duobus dictis; Primum est: Non potest dici Deus triplex aut multiplex; quia alterum sensum est duobus reddit, aut Deum pluribus constare & ita esse compositum: aut multos esse Deos; Quasi Deus multiplicetur. Secundum est: Si voces multiplex & triplex & duplex referantur ad personas, processiones aut relationes, non video quare non possint Deo conuenire: Quare dicere licebit; In Deo esse multiplicem personam, esse triplicem personam, duplicem emanationem.

Suar. lib. 3. de Trin. c. vlt. dicit quatuor. Primum. Vox illa triplex non ita potest praedicari sub hac voce Deus, sicut praedicatur esse trinum: & ita Patres sensere. Secundum. Idem dicendum est de hac voce multiplex. Tertium. Secundum communem rationem personae vel relationis, posset haec vox triplex in diuinis vsurpari, dicendo duplicem personam procedentem, vel triplicem relationem. Quartum. Nulla persona secundum proprium & specificum nomen potest dici triplex. Suar. consentit Ripa: quamuis in primi dicti ratione non conueniat.

QVAESTIO haec cum sit de vocibus, quarum significatio & congruitas maxime pendet ex vsu, non nisi ex antiquorum Patrum doctrina potest definiri. Illi namque in exprimendis sacrosanctae Trinitatis mysterijs ea studuerunt adhibere vocabula, quae tantae rei veritatem propriè magis significare, & haereticorum errores excludere videbantur. In primis Augustinus in 6. de Trinitate, cap. 6. ex accidentibus, vel etiam partium diuersitate quae in rebus creatis, ac praesertim corporeis inuenitur, deducit in eis multipliciter oppositam simplicitati, & ex eadem diuersitate à Deo negata, Deum negat esse multiplicem, etsi Deum dici multipliciter affirmet magnum, bonum, sapientem, verum &c. In 7. verò capite, & de hoc nomine triplex sic loquitur: Nec quoniam Trinitas est, ideo triplex putandus est; alioquin minor erit Pater solus, aut Filius solus, quam simul Pater, & Filius, & in octauo capite sic ait: In ipso igitur Deo, cum adheret aequalis Patri Filius, aut Spiritus sanctus, Patri, & Filio aequalis, non sit maior Deus, quam singulorum; quia non est quo crescat illi perfectio. Perfectus autem siue Pater, siue Filius, siue Spiritus sanctus, & ideo trinitas potius, quam triplex. & libro

Sensentia Boetianum.

Resolutio Rationem Vasc. cur Deus non dicitur multiplex aut triplex, eandem esse cum rationibus Aug. & D. Tho.

libro 15. capit. tertio etiam (inquit) in hoc libro apparuit trinitatis equalitas. & non Deus triplex, sed trinitas: nec quasi aliquid duplex esse Patrem, & Filium, ad simplicem Spiritum S. ubi nec tria plus aliquid sunt, quam unum horum; Ex quibus Aug. verbis manifeste patet sancti nostri Doc. sententiam cum eiusdem S. Patris sententia convenire. Unde etiam constat eandem esse omnino rationem, quam hic ex Arithmetica Boetij reddit S. Th. cum ea, quam in verbis praedictis attulit Augustinus: Inaequalitatem enim proportionis triplicitatis nomine significatam a Deo negat S. Th. ob eam causam; quia destruit in diuinis personis equalitatem perfectionis, qua tanta est una sola persona, quanta est tota trinitas: qua etiam perfectionis aequalitate remota consequitur statim in Deo compositio: Concurrebant enim tres personae suis tunc inaequalibus perfectionibus ad unum in Deo perfectionis integritatem constitutendam: sicque diceretur Deus triplex, quasi triplicem habens perfectionem; & eadem ratione sequeretur etiam Deum esse triplicem, id est tres habentem Deos gradibus suae perfectionis differentes. Sublata siquidem a diuinis personis aequalitate, remaneret essentialiter inter se distinctae per differentias deitatis; ac proinde quot essent personae, tot essent Dij, quorum coniunctio triplicem Deum constitueret. Ex quibus elucet nihil noui dixisse Vasq. sed illud idem explicasse, quod S. D. & August. expresserant. Quam sententiam significarunt etiam Nazian. in oratione 49. & Bernardus lib. 5. de consideratione, & Conciliū Tolet. 11. quicquid dicat Vasq. Si vero praedicta nomina referantur ad personas vel relationes: cum in proprio sensu proportionem significet inaequalitatis, non in solonumero abstracto, sed in ipsis personis numeratis, eadem ratione releganda sunt a diuinis. Sed quoniam improprie nonnunquam sumitur triplex pro trino, sicut & duplex pro binario: idcirco posset fortassis admitti triplicem esse in Deo personam, sicut etiam D. Th. de potentia q. 10. a. 2. dixit duplicem esse in Deo emanationem, id est binario numero comprehensam. Abstinentium tamen existimauerim a similibus vsu vocabulorum, quae solido carent antiquitatis fundamento.

PRIMA CONCL. Triplicitas non est in Deo, nec Deum triplicem, aut multiplicem recte fidei confessione possumus affirmare.

SECUNDA CONCL. Rationes D. Aug. & D. Tho. probant efficaciter praecedentem conclusionem. Haec patet ex dictis & ex solutionibus argumentorum reddetur apertior.

TERCIA CONCL. Quo ad personas & relationes non est vitandum nomine triplicitatis aut triplicis, aut multiplicis in propria suae vocis significatione. Probatur haec conclusio eisdem argumentis, quibus probata fuit prima conclusio.

QUARTA CONCL. Si sumitur improprie triplex pro trino, non incongrue dicitur de personis: sed est ab vsu talis vocabuli temperandum.

Contra 2. & 3. concl. argu. Vasq. Primò. Si ex eo quod Deus diceretur triplex ratione personarum, sequeretur absurdum illud, quod Aug. inferbat: idem planè colligeretur ex eo quod trinus diceretur. Probatur conseq. Nam internario maius quid videtur totus ternarius quauis unitate seorsum. Resp. nullam esse conseq. Ad probationem negatur antecedens loquendo de ternario diuinarum personarum, & praecipue de esse maius in ratione constitutum vel perfectiui ipsius Dei. Secundo dico nomine triplicis rebus applicato significari formaliter inaequalitatem perfectionis.

Naz. in 1. part. D. Tho. tom. 2.

tionis eorum quae significatione triplicis cōtinetur, ut patet ex D. Aug. doctrina: talis autem inaequalitas non importatur hac voce trinus.

Secundo arguit. Aequalitas & inaequalitas numeri in Deo necessario concedenda est, sicut etiam pauciores & plures: Quis enim negat minorem numerum esse ternarium personarum in Deo, quam quaternarium personarum hominum? & plures esse quatuor homines, quam sunt tres diuinae personae? ergo non est inconueniens concedere nomen triplex in Deo, licet sit proportionis minoris. Resp. nullam esse conseq. quia nomine triplicis rebus applicati non denotatur sola inaequalitas numeri, sed inaequalitas etiam perfectionis in personis numeratis, ut ostendimus.

CONTRA tertiam concl. argu. Suar. Multiplex numerat illud cui adiungitur iuxta formale significatum eius; ergo secundum communem rationem personae vel relationis posset haec vox in diuinis usurpari. Resp. falsum esse antec. praedicte. Nam multiplex addit rationem compositionis illi cui adiungitur, ut patet ex dictis Augustini.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Utrum Filius sit alius a Patre.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod filius non sit alius a patre. Alius enim est relatiuum diuersitatis substantia. Si igitur filius est alius a patre, videtur quod sit a patre diuersus. Quod est contra Aug. 7. de trin. * ubi dicit, quod cum dicimus tres personas, non diuersitatem intelligere volumus.

2. Præterea. Quicumque sunt alij ab invicem, alio quo modo ab invicem differunt. Si igitur filius est alius a patre, sequitur quod sit differens a patre. Quod est contra Amb. in 1. de Fide. ubi ait, Pater, & filius deitate unum sunt: nec est ibi substantiae differentia, neque ulla diuersitas.

3. Præterea. Alienum ab alio dicitur. Sed pater non est alienus a filio. dicit enim Hil. in 7. de trin. * quod in diuinis personis nihil est diuersum, nihil alienum, nihil separabile. Ergo filius non est alius a patre.

4. Præterea. Alius & aliud idem significant, sed sola & a fine generis cognitione differunt. Si ergo filius est alius a patre, videtur sequi quod filius sit aliud a patre.

Sed contra, quod Aug. 1. dicit in lib. de fide ad Petrum. Una est enim essentia patris, & filij, & Spiritus sancti, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud Spiritus sanctus, quauis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

Respondetur. Dicendum, quod quia ex verbis inordinatè prolatis incurritur haeresis (ut Hier. dicit. *) ideo cum de trinitate loquimur, cum cautela & modestia titur. 4. est agendum, quia ut Augustin. dicit in 1. de trin. sen. in ma Nec periculosus alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Oportet autem in his quae de trinitate loquimur, duos errores oppositos cauere, temperate inter utrumque procedentes. scilicet errorem Arrij, qui posuit cum trinitate personarum trinitatem substantiarum: & errorem Sabellij, qui posuit cum unitate essentiae unitatem personarum.

Ad euitandum igitur errorem Arrij, vitare debemus in diuinis nomen diuersitatis & differentiae, ne tollatur unitas essentiae. Possumus autem uti nomine distinctionis propter oppositionem relationum. Unde si cubicum aliqua scriptura autentica, diuersitas vel differentia personarum inuenitur, sumitur diuersitas, vel differentia pro distinctione. Ne autem tollatur simplicitas diuinae essentiae, vitandum est nomen separationis, & diuisionis, quae est totius in partes. ne autem tollatur aequalitas, vitandum est nomen disparitatis. ne

L

verò

Argumenta, & solutiones. ob. a. cont. 2. concl.

Solut.

Solut.

ob. cont. 3. concl.

Solut.

178.

1. di. 5. ar. 1. & dist. 24. q. 2. ar. 1.

lib. 7. de tri. ca. vlt. 103.

quo modo ab invicem differunt. si igitur filius est alius a patre, sequitur quod sit differens a patre. Quod est contra Amb. in 1. de Fide. ubi ait, Pater, & filius deitate unum sunt: nec est ibi substantiae differentia, neque ulla diuersitas.

Li. 1. de f. ad Gratia. num. ca. 2. ante med. 102.

11. 7. de trin. non d. 100.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

De fide ad Petrum. c. 1. post med. diuin. 103.

verò tollatur similitudo, vitandum est nomen alieni & A
 Amb. li. 1. de fide. c. 2. ante med. 10. 2. † Loco cit. in arg. 3.
 Lib. 7. de tri. non nullum à fine libri.
 verò tollatur similitudo, vitandum est nomen alieni & A
 discrepantis. Dicit enim Amb. in lib. de Fide* quod in pa-
 tre & filio non est discrepans: sed vna diuinitas. Et
 secundum Hila. (vt dictum est*) in diuinis nihil est se-
 parabile. Ad vitandum verò errorem Sabellij vitare
 debemus singularitatem, ne tollatur communica-
 bilitas essentia diuina. Vnde Hil. dicit 7. de trin. Pa-
 trem & filium singularem Deum predicare, sacrile-
 gum est. Debemus etiam vitare nomen vnici, ne tolla-
 tur numerus personarum. vnde Hil. * in eodem
 lib. dicit, quod à Deo excluditur singularitas, atque
 vnici intelligentia: dicimus tamen vnicum filium,
 quia non sumi plures filij in diuinis. Neque tamen di-
 cimus vnicum Deum, quia pluribus deitas est com-
 munit. Vitamus etiam nomen confusi, ne tollatur
 ordo naturæ, à personis. vne Amb. dicit, 1. de Fi-
 de. * Neque confusum est, quod vnum est, neque
 multiplex esse potest quod indifferens est. Vitandum
 est etiam nomen solitarij, ne tollatur consortium trium
 personarum. Dicit enim Hil. 4. de tri. † Nobis ne-
 que solitarius, neque diuersus Deus est constituendus: hoc
 autem nomen, alijs, masculinè sumptum, nō importat
 nisi distinctionem suppositi: vnde conuenienter dicere
 possumus, quod filius est alius à patre, quia sed est
 aliud suppositum diuinae naturæ, sicut est alia persona
 & alia hypostasis.

Ad Primum ergo dicendum, quod alius, quia est si-
 cut quoddam articulare nomen, tenet se ex parte sup-
 positi, vnde ad eius rationem sufficit distinctio substan-
 tia, quæ est hypostasis vel persona. Sed diuersitas requirit
 distinctionem substantia, quia est essentia. Et ideo non
 possumus dicere, quod filius sit diuersus à patre, licet sit
 alius.

Ad Secundum dicendum, quod differentia importat
 distinctionem formæ. Est autem tantum vna forma in
 diuinis, vt patet per id quod dicitur Philipp. 2. Qui cum
 in forma Deieffet. Et ideo nomen differentie non proprie
 competit in diuinis, vt patet per authoritatem indu-
 ctam. * Vtitur tamen Damascen. † nomine differentie
 in diuinis personis, secundum quod proprietates relatiua
 significatur per modum formæ. Vnde dicit quod non
 differunt abinuicem hypostases secundum substantiam,
 sed secundum determinatas proprietates. Sed diffe-
 rentia sumitur pro distinctione, vt dictum est. †

Ad Tertium dicendum, quod alienum est quod est
 extraneum & dissimile. Sed hoc non importatur cum
 dicitur alius. & ideo dicimus filium alium à patre, li-
 cet non dicamus alienum.

Ad Quartum dicendum: quod neutrum genus
 est informe: masculinum autem est formatum, & di-
 stinctum: & similiter d femininum. Et ideo con-
 uenienter per neutrum genus, significatur essentia
 communis: per masculinum autem & femininum,
 aliquid d suppositum determinatum in communi
 natura. Vnde etiam in rebus humanis, si qua-
 ratur, Quis est iste, responderetur, Sor. quod nomen est
 suppositi. Si autem queratur, quid est iste, responderetur,
 animal rationale, & mortale. c Et ideo quia
 in diuinis distinctio est secundum personas, non
 autem secundum essentiam, dicimus, quod pater est a-
 lius à filio, sed non aliud, & e conuerso dicimus, quod
 filius est vnus: sed non vnus.

Sensus questii.

QVAERITVR hic, num vera sit & congrua
 hæc propositio, Filius est alius à Patre, secun-
 dum propriam illius dictionis alius intelligentiam, vt
 hic etiam obseruat Cai. Aduerte tamen intenti-
 onem S. D. esse querere de alijs etiam vocibus
 distinctionem, vel vnitatem, bene, aut malè si-
 gnificantibus in diuinis, vt patet ex littera.

Forma Textus.

ANTEQUAM respondeat huic quæsto S.
 Tho. tria præmittit. Primò in communi
 modum seruandum, cum loquimur de Trini-
 tate. Secundò docet, quæ nomina sint cauenda
 propter Arrium. Tertio quæ sint cauenda propter
 Sabellium. Vltimò respondet ad quæsitum.

Quod attinet ad primum: Modus seruandus,
 cum de Trinitate loquimur, est vt cautelam &
 modestiam adhibeamus; Quod probatur primò
 in communi auctoritatibus Sanctorum Hierony-
 nimi & Augustini. Nam Hieron. ait, quod ex ver-
 bis inordinatè prolatis incurritur hæresis. Au-
 gustinus verò in 1. de Trinitate cap. 3. sic ait; Nec
 periculosus alicubi erratur, nec laboriosus ali-
 quid queritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Se-
 cundò probatur in speciali: quoniam cum de
 Trinitate loquimur, oportet duos oppositos er-
 rores cauere, temperatè inter vtrumque proce-
 dendo. scilicet errorem Arrij, qui posuit cum trinita-
 te personarum trinitatem substantiarum: &
 errorem Sabellij, qui posuit cum vnitatem essentia
 vnitatem personæ.

Quo ad secundum proponit septem nomina
 cauenda propter hæresim. Arrij deuitandam. scilicet
 nomē diuersitatis, differentie, separationis, diuisionis,
 disparitatis, alieni, & discrepantis. Manifestantur
 singula: Et primum, quod sit vitandū nomen di-
 uersitatis, ostendit S. Thom. in responsione ad pri-
 mū, quoniam diuersitas requirit distinctionem sub-
 stantia, quæ est essentia: & ideo nō possumus dice-
 re, quod filius sit diuersus à patre. Vnde Aug. in ar-
 gumento allegatus ait: Cum dicimus tres perso-
 nas, non diuersitate intelligere volumus. Se-
 cundum autem. scilicet nomen differentie probat S.
 Th. esse vitandum in responsione ad secundum, quo-
 niam differentia importat distinctionem formæ:
 vna verò est tantum forma in diuinis, vt affirmat
 Apostolus ad Philip. 2. Qui cum in forma Dei
 esset. & Amb. in argumento allegatus ait non esse
 in Deo substantie differentiam. Damascenus ta-
 men vtitur nomine differentie in diuinis perso-
 nis, secundum quod proprietates relatiua signifi-
 catur per modum formæ. Vnde dicit quod non
 differunt ad inuicem hypostases secundum sub-
 stantiam, sed secundum determinatas proprietates:
 verum differentia sumitur ibidem pro di-
 stinctione; Vitanda sunt ergo prædicta duo no-
 mina, ne tollatur vnitatis essentia. Possumus tamē
 (inquit S. D.) vt nomine distinctionis propter
 oppositionem relationum. Tertium autem & quar-
 tum. scilicet nomen separationis, & diuisionis. scilicet totius
 in partes vitanda sunt (inquit S. Th.) ne tol-
 latur simplicitas essentia. Quintum autem. scilicet no-
 men disparitatis vitandum est, ne tollatur æqua-
 litas. Sextum autem & septimum. scilicet nomen alieni,
 & discrepantis vitanda sunt, ne tollatur similitudo
 diuinarum personarum. Nam, vt docet hic
 S. D. ad tertium, alienum est quod est extraneum
 & dissimile; & Ambro. lib. 1. de fide cap. 2. ait,
 quod in patre & filio non est discrepans, sed
 vna diuinitas; & Hilarius in 3. argumento allegatus
 ait: in diuinis personis nihil est diuersum, ni-
 hil alienum, nihil separabile.

Quo ad tertium proponit quatuor nomina
 vitanda propter hæresim Sabellij. Primum est
 singularitas, ne tollatur communicabilitas diui-
 na essentia: quod probatur etiam auctoritate
 Hilarij 7. de Trin. dicentis Patrem & filium sin-
 gularem Deum predicare sacrilegum est. Secun-
 dum est nomen vnici, ne tollatur numerus per-
 sonarum, probatur ex Hilario in eodem libro di-
 centes:

Diuersitas

Differentia

Separatio
et diu-
sio.

Disparitas
alieni &
discrepan-

Singularitas

Vnicitas

centes.

Confusum.

Solitarium.

Aliud.

Ex viginti septem vocibus, parvis ad distinctionem, & parvis ad unitatem pertinentibus examina- tur pluri- mus.

Differentia vocum.

Celliorum o- pino.

Confus.

center: quod à Deo excluditur singularitas atque vni- ci intelligentia. Et licet dicamus vnicum si- lium: quia non sunt plures filij in diuinis, non tamè dicimus vnicum Deum: quia pluribus Deo est cõmunis. Tertium est nomen *confusum*, ne tol- latur ordo naturæ à diuinis personis: quod pro- baturetiam auctoritate Ambrosij *lib. 2. de fide* di- centis: Neque confusum est, quod vnum est: ne- que multiplex esse potest, quod indifferens est. Postremò vitandũ est nomen *solitarij*, ne tollatur cõfortium trium personarũ: quod probatur au- thoritate Hilarij in *4. de Trinit.* dicentis: Nobis neque solitarius, neque diuersus Deus est con- fitendus.

Ultimò respondet ad quaesitum *conclusionem as- firmatiua*. Conuenienter dicere possumus, quod *filius est alius à patre*. Probatur: quia hoc nomen *alius* maf- culinè sumptum non importat nisi distinctione suppositi; ergo conuenienter dicere possumus, quod *filius est alius à patre*. Probatur consequen- tia: quia filius est aliud suppositum diuinæ nat- uræ: quod patet ex æquiualentia: quia. *f. est alia persona & alia hypostasis.*

Expositio Textus.

PRÆTER ea nomina, quæ propter errores Arii & Sabellij diximus à fidelibus esse deu- tãda, & præter nomen *alius*, ac nomen *distinctionis*, quib' posse nos vti cõgruè & catholicè cõ A. nostro D. definiuimus, sunt etiam quatuordecim alia vocabula ad præsentis doctrine complemen- tum examinanda: septem ad distinctionem, & septem ad unitatem pertinẽtia. Priora sunt, *aliud, alter, alterum, discretus, discretio, discernere, se- cernere*. Posteriora sunt, *idem, vnus, vnum, vnus, vnitas, vnitum, coniunctio*; adeo vt simul omnibus vocibus computatis sint numero viginti sep- tem; de quibus singulatim pauca quædam adno- tabimus huius articuli intelligentia necessaria.

Ac primò de nomine *differentie* respondet S. Th. ad 2. eo significari distinctionem formæ, quæ vna est in diuinis: ac proinde nomen *dis- tentionis* in diuinis non propriè dici: atque ideo scripturas omnes, in quibus dictum *differentia* nomen inuenitur, interpretandas esse de distin- ctione; quomodo Damasceni dictum exponit dicens diuinas hypostasies abinuicem differre, non secundum substantiam, sed secundum determinatas proprietates. Vsq; *disputatio- ne 131. capit. 2. tria dicit. Primum*: Quidam ex Patribus vsi sunt in diuinis nomine *differentia*. *f. Iustinus, Nazian. Damasc. Euthym. Richar. de S. Victore, Magister & Alensis. secundum S. Th.* cautius docet personas Trinitatis non esse dicendas differentes neque differre. *Tertium*, Damascenus, Euthymius, Magister & Alensis nõ dicunt absolute tres personas differre, sed aut dif- ferre proprietatibus, aut ipsas proprietates dif- ferre: qui modus loquendi omnẽ aufert suspicio- nem vocabuli. Nam ideo S. Th. refugit conce- dere differentiam inter personas: quia ea videtur ad essentiam referri: cum autem additur secun- dum proprietates, omnis tollitur erroris occa- sio. Eandem ferè sententiam sequitur. Suar. *libro tertio, capite decimo tertio* dicens se cẽsere in rigo- re nihil esse periculi in illa locutione; quia dif- ferentia non semper dicit distinctionem in forma essentiali, sed posse etiam dicere distinctionem in forma personali, quæ in diuinis personis est proprietas, atq; ita sentire D. Th. *sed obseruandum est D. Th. in respons. ad 2. asserere nomen differen- tia dictum à Damasceno de personis secundum*

determinatas earum proprietates sumẽdum esse pro distinctione: quia nimirum vocabulo diffe- rentia propriè significatur naturæ diuersitas. Et quamuis particula illa, secundum proprietates, vocem differentia ad relatiuam distinctionem limitare videatur; quia tamen eius propria sig- nificatio est naturæ diuersitas, facillè credi pos- set, vel personarũ naturam distingui per earum proprietates, vel ipsas proprietates esse perfecti- ones quasdam absolutas ad ipsam naturam perti- nentes: & consequenter dicendo personas differ- re secundum proprietates, intelligeretur perso- nas differre secundum absolute, & secundum ipsã naturã: Dicendum est igitur cũ D. Th. nomen *dis- tentionis*, quocunque modo dictum inueniatur in diuinis, exponendum esse pro distinctione: nisi velimus dicere nomen differentia propriè sig- nificare distinctionem formæ; & consequen- ter, cum applicatur personis quo ad earum pro- prietates, quæ sunt formæ hypostaticæ. idem omnino pollere quod nomen distinctionis: & hoc significasse D. Th. cum ait differentiam ibi sumi pro distinctione, id est, idem omninò significare ratione subiectæ materiæ: quod satis est verisimile.

Conciliatio

De nomine verò *diuersitatis* idem affirmat S. D. quod de nomine differentia, nimirum, ex- ponendum esse pro distinctione. Vsq; idem profert iudicium de hoc nomine, quod de præ- cedente. Suar. autem ait diuersitatẽ aliquid am- plius significare, quàm distinctionem & differẽ- tiam; quia videtur innuere varietatem in forma siue natura; propter quam causam communiter affirmant Patres prædictam vocem in diuinis esse vitandam; quod verissimum est, non tantum absolute loquendo, sed etiam limitatè ad per- sonales proprietates, ne videatur essentialis inter eas esse distinctio. Vocem autem *diuisionis*, quam S. D. ait esse vitandam, ne tollatur diuina sim- plicitas; quæ nullis constat partibus, quæ diui- sione secerni valeant, ait Suar. si latius sumatur, prout solum dicit discretionem, admitti posse.

Sed ego plus iustò latam hanc Suar. licentiam esse existimo; Neque enim vox illa *diuisio*, lo- quentium vsu in diuinis præsertim eam habet extensionem; neque in antiquis Patribus, aut scholasticæ Theol. professoribus talis habet si- gnificatio fundamentum. Quamobrem *diuisionis* vocabulum eadem cautela vitandum existi- mo, qua voces *separationis, disparitatis, alieni, & discrepantis*, vt hic etiam admonet S. Th. de qui- bus nihil speciale dicendum occurrit.

Diuersitas

Diuisio

Confusa

Separatio, disparitas, alienum, discrepans.

Super sunt alia eiusdem ordinis voces, quarum prima est relatiuum illud diuersitatis *aliud*, quo S. Tho. *hic in respons. ad 1. ait* significari distincti- onem secundum essentiam; & ideo dici non pos- se, Patrem esse aliud à Filio, quamuis sit alius à Filio; cuius rationem affert: quod neutrum ge- nus sit informe, vtpotè nullam importans sexus distinctionem, masculinum autem formatum & distinctum, sicut & foemininum; atque ideo con- uenienter per neutrum genus significari essenti- am communem veluti informem & quasi deter- minabilem per plures formas hypostaticas: per masculinum autem & foemininum aliquod sup- positum determinari in communi natura. Sed in *1. f. distin. 9. quæst. 1. a. 1. ad. 2. aliam reddit cau- sam à recentioribus cõmuniter approbatam*; sic enim ait. *Neutrum genus substantiuatur* (loquitur S. D. in re proposita scilicet in his terminis ali- ud, & alius) non autem masculinum: substantiuum autem significationem suam habet absolutam, sed adiectiuum ponit significationem suam circa subie- ctum.

Etum. Quando autem aliquid dicitur absolute, intelligitur de eo, quod simpliciter est: sicut ens absolute dictum significat substantiam, & ideo, quia alietas essentiae est simpliciter alietas, ideo neutrum genus substantium importat alietatem essentiae. Sed genus masculinum, quia adiectiue tenetur, ponit alietatem circa suum subiectum; unde si terminus personalis est suum substantium, designat distinctionem personalem: & ideo hæc est vera: Pater est alius à Filio. Si autem sit terminus essentialis designat diuersitatem substantiae; unde hæc est falsa: Pater est alius Deus à Filio: & similiter neutrum adiectiue sumptum, quando adiungitur termino personali, importat, alietatem personæ, vt cum dicitur: Pater est aliud suppositum à Filio: Vnde hoc non contingit ex variata significatione, sed ex eo, quod alietas significata in masculino, & neutro, non ad idem refertur. Hæc S. D. quam doctrinam sequitur ad verbum Mol. & post eum Suar. & Vasq. cap. 1. vbi eam confirmat sacrorum Conciliorum definitionibus & multis Patrum testimonij, tam in materia Trinitatis quàm in materia incarnationis. Nam Patres affirmant in Christo esse aliud & aliud propter diuersitatem naturarum: non autem alium & alium propter unitatem personæ.

alter, &
alterum.

Prædictis dictionibus *alius* & *aliud*, affines sunt immo & significatione cōueniūt hæc duo vocabula *alter* & *alterum*, atque ideo ad eandem regulam sunt redigenda; Si namque masculinè sumantur, dici potest absolute pater alter à filio: qua loquendi forma non rarò vtuntur Patres Athanasius in oratione de aeterna substantia Filij, Hilarius lib. 2. de Trin. Fulg. lib. 3. ad Trasimundum capitulo 6. Bern. epistola 190. vbi prædictam his vocibus regulam adaptauit. An autem ea regula fundamentum habeat in propria ac legitima vocatione: non est eadem scholasticorum sententia. Nam Dur. in 1. dist. 9. quem sequitur Suar. in allegato libro 3. capit. 13. solam vsus accommodationem existimat esse dictæ regulæ fundamentum. Sed Mol. super hoc a. credit regulam illam proprietati sermonis inniti: quæ est sententia D. Thom. in verbis paulò ante relatis expressa; sic enim ait in fine: Hoc non contingit ex varia significatione, sed ex eo, quod alietas significata in masculino, & neutro non ad idem refertur. Hanc autem relationem ad diuersâ, constat originem ducere ab assignata differentia inter neutrum & masculinum: quod certum est ad proprietatem locutionis pertinere. De vocibus autem *discretus*, *discretio* & *discernere*, nulla potest esse dubitatio. Nam Dionis. in 2. capite de diuinis nominibus, non semel dictis vtitur vocibus ad personarum distinctionem exprimendam; sic enim ait: Si quis autem dixerit confusionem nos contra diuinam discretionem introducere &c. & infra: Rellè gradiemur dicentes, quomodo Theologia quadam quidem unitim tradit, quadam verò discretè; & neque unita separare iustum est, neque discretæ confundere; & infra: Discretæ autem sunt, Patris super essentielle nomen, & res, & Filij, & Spiritus sancti &c. Solet etiam adduci Concilium Tolet. primum, & vndecimum. Verbum autem *secernere* idem sonare videtur quod separare, & diuidere, vt ait Vasq. capitulo. 2. Propter quod Lac. lib. 4. diuinarum institutionum cap. 29. dixit. Nec vtrumque (scilicet patrem & filium) *secernimus*. Quamquam Richardus de S. Victore libro quarto de Trinitate c. 15. & lib. 5. c. 1. hac eadē vtatur voce ad personales proprietates relata. Sed cum apud Ciceronem & alios latinæ linguæ

Discretus.
Discretio.
Discernere.

Secernere.

probatos auctores idem sit discernere, quod *secernere*: nec Doctorum vsus eorum significata distinxerit; vtroque verbo indifferenter vti nos posse crediderim, cum de personarum diuinarum aut proprietatum distinctione disseritur.

Iam verò de nominibus ad unitatem spectantibus nonnulla summam, quæ lucem asperant, adnotabimus. Prima quam recensimus, est vox idem quæ nonnunquam refert essentiam & quædamque personam: vt cum dico, Pater est Deus & Filius est idem Deus, dictio idem essentiam refert, & veram reddit propositionem; si verò dicam, Pater est Deus generans, & idem Deus est Filius, vox idem refert Deum generantem, qui est persona Patris, ad quam contrahitur Deus per illud notionale generans, & significat eandem esse personam Patris cum persona Filij: quo sensu falsa est propositio; sed de hoc agemus inferius q. 39. a. 4. Hic tamen vtendum est regula præfixa superius: Nam si masculinè sumatur idem, falsa est hæc propositio, Filius est idem cum patre; si neutraliter, est vera. Ex qua etiam regula S. D. in fine huius articuli docet hanc propositionem esse veram, Pater, & Filius sunt vnum; hanc autem esse falsam, Pater & Filius sunt vnus. *Vnionis* autem & *coniunctionis* vocabula, quamuis apud Græcos nonnullos in Trinitatis mysterio fuerint vsitata, Latini tamen Doctores ab eis communiter abstinent: Vnde etiam Patres Concilij Alexand. Epistola 16. apud Cyril. de voce *coniuncto* in incarnationis mysterio sic loquuntur: *Immo & coniunctionis nomen vitamus, tanquam non existens idoneum, quod significet unitatis arcanum*: Coniunctio namque non essentialem identitatem aut unitatem, sed plurium essentialiter distinctorum collectionem in vnum participatione quadam suæ vocis proprietate videtur innuere. Vnio verò propria vox est ad exprimendam in incarnationis mysterio indiutionem in esse personali duarum naturarum, creatæ scilicet & diuinæ; sed quia præsupponit essentialem vnitorum differentiam, idcirco non congruit ea vox mysterio Trinitatis. Vnde S. Th. in 3. p. q. 2. art. 9. ad ult. argum. de vtroque comparative loquens mysterio sic ait: *Falsum est, quod maior sit vniio incarnationis, quam vnitas diuinarum personarum in essentia*; vbi vides S. D. prudenter abstinere ab vnionis vocabulo in Trinitate, & vti nomine *unitatis*. Et ex his patet error Vasq. cap. 2. qui idem prorsus fecit iudicium de prædictis duobus nominibus scilicet coniunctio & vniio: cum, vt ostendimus, valde differant; & secundo congruè vtamur in incarnatione, primo verò non ita: quamuis non sit omnino damnum. Denique vox *unitum*, teste Bern. lib. 5. de consideratione circa vnum. medium diuinæ non est apta simplicitati: sic enim ait: *Vnum quippe est, sed non unitum, non partibus constat vt corpus*.

Idem.

Vnum.
Vnus.
Vnio.
Coniunctio.

Lapsus Vasq.
Thez.

Postremò de vocibus *unicus* & *singularis* arbitrantur ex recetioribus quamplures, sopita iam hæresi Sabellij non incongruè nos vti posse, ad summam unitatem diuinæ substantiæ significandam; ita sentit Ban. super hoc a. sequens Dur. in 1. dist. 9. q. 1. & Vasq. cap. 4. vbi plura collegit dicta Patrum nomen *singularis* de Deo prædicantium. Nos opinionem hæc sua permittimus probabilitate gaudere; diligens nihilominus erit delectus à Theologo vocationem habendus, quibus piè, congruè ac fideliter tantæ celsitudinis exprimat sacramentum.

Vnicus.
Singularis.

ARTICVLVS III.

Utrum dictio exclusiua, Solus, sit addenda termino essentiali in diuinis.

179
6. dist. 21.
q. 1. ar. 1.
Lib. 2. c. 3.
a medio il-
lus tam. 1.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod dictio exclusiua, solus, non sit addenda termino essentiali in diuinis, quia secundum Philosophum in 2. elenc. * Solus est qui cum alio non est: sed Deus est cum angelis, & sanctis animabus. Ergo non possumus dicere Deum solum.

Lib. 6. de
tri. ca. 9.
princ. 10. 3.

B 2. Præterea. Quicquid adiungitur termino essentiali in diuinis, potest predicari de qualibet persona per se, & de omnibus simul: quia enim conuenienter dicitur sapiens Deus, possumus dicere, pater est sapiens Deus: & trinitas est sapiens Deus: sed August. in 6. de tri. t. dicit, Consideranda est illa sententia, qua dicitur, non esse patrem verum Deum solum, ergo non potest dici solus Deus.

3 Præterea. Si hac dictio solus, adiungitur termino essentiali, aut hoc erit respectu predicati personalis, aut respectu predicati essentialis: sed non respectu predicati personalis, quia hoc est falsa: solus Deus est pater, cum etiam homo sit pater. Neque etiam respectu predicati essentialis, quia si hac esset vera, solus Deus creat, videtur sequi, quod hac esset vera, solus pater creat, quia quicquid dicitur de Deo, potest dici de Patre. Hac autem est falsa, quia etiam Filius est creator. Non ergo hac dictio, Solus, potest in diuinis adiungi termino essentiali.

Sed contra est quod dicitur 1. ad Timot. primo, Regi sec. immortalis, inuisibili, soli Deo.

Respondetur. Dicendum, quod hac dictio, solus, potest accipi ut categorica, vel syncategorematica. Dicitur autem dictio categorica, quæ absolute ponit rem significatam circa aliquod suppositum, ut albus circa hominem, cum dicitur homo albus. Si ergo sic accipitur hac dictio, solus, nullo modo potest adiungi alicui termino in diuinis: quia poneret solitudinem circa terminum cui adiungeretur, & sic sequeretur Deum esse solitarium. Quod est contra prædicta. * Dictio verò syncategorematica dicitur, quæ importat ordinem prædicati ad subiectum, sicut hac dictio omnis, vel nullus. Et similiter, hac dictio, solus, quia excludit omne aliud suppositum à consortio prædicati. Sicut cum dicitur solus Sortes scribit, non datur intelligi quod Sor. sit solitarius: sed quod nullus sit ei cōsors in scribendo, quāuis cum eo multis existentibus. Et per hunc modum, nihil prohibet, hanc dictionem solus, adungere alicui essentiali termino in diuinis, in quantum excluduntur omnia alia à Deo consortio prædicati. Vt si dicamus solus Deus est æternus, quia nihil præter Deū est æternū.

Ad primum ergo dicendum, quod licet angeli, & anima sancta semper sint cum Deo, tamen si non esset pluralitas personarū in diuinis, sequeretur, quod Deus esset solus, vel solitarius. Non enim tollitur solitudo per associationem alicuius, quæ est extranea nature, dicitur enim aliquis solus esse in horto, quāuis sint ibi multi plāta & animalia. Et similiter diceretur Deus esse solus vel solitarius, angelis & hominibus cum eo existentibus, si non essent in diuinis personæ plures. Consociatio igitur angelorum, & animarum, non excludit solitudinem absolutam à diuinis, multo minus solitudinem respectiuam, & per comparationem ad aliquod prædicatum.

D. 1052.

Ad secundū dicendum, quod hac dictio solus, proprie loquendo, non ponitur ex parte predicati, & quod sumitur formaliter, respicit enim suppositum in quantum excludit aliud suppositum ab eo cui adiungitur. Sed hoc aduerbiū, tantū, cū sit exclusiuū, potest poni ex parte subiecti & ex parte predicati. Possumus enim dicere, tantum Sortes currit, i. nullus alius. Et Sortes currit tantum, i. nihil aliud facit. Unde non proprie dici potest,

A Pater est solus Deus, vel d. Trinitas est solus Deus, nisi forte ex parte predicati intelligatur aliqua implicatio, ut dicatur, Trinitas est Deus, qui est solus Deus. Et secundum hoc etiam posset esse vera ista, Pater est Deus, qui est solus Deus, si relatiuum referret prædicatum, & non suppositum. August. autem cum dicit patrem non esse solum Deum, sed Trinitatem esse solum Deum, loquitur expositiue, ac si diceret, cum dicitur, regi seculorum inuisibili, soli Deo, non est exponendum de persona Patris: sed de sola Trinitate.

Ad Tertium dicendum, quod utroque modo potest hac dictio solus, adiungi termino essentiali. hac enim propositio: solus Deus pater, est duplex, quia ly Pater potest predicare personam Patris. & Et sic vera: non enim homo est illa persona; vel potest predicare relationem tantum. Et sic est falsa. Quia relatio paternitatis etiam in alijs inuenitur, licet non vniuocē. Similiter hac est vera: solus Deus creat. nec tamen sequitur, ergo solus pater, quia, ut sophista dicit, dictio exclusiua immobilis at terminum cui adiungitur, ut non possit fieri sub eo descensus pro aliquo supposito. Non enim sequitur, solus homo est animal rationale mortale, ergo solus Sortes.

Sensus quaestii.

PRO sensu quaestii aduerte duo. Primum est, dictionem illam solus, hic sumi communiter seu indifferenter ad utramque significationem explicatam in corpore. Secundum est terminum essentialem hic accipi tam secundum se, quam prout substat prædicato essentiali aut personalis; nam priori modo sumitur in prima conclusione; posteriori autem modo in secunda, ut perspicue declaratur in respons. ad 3.

Forma Textus.

POSITA & explicata vna distinctione, respondet S. D. quaesito duabus conclusionibus.

Distinctio est: Hac dictio solus potest accipi dupliciter; vno modo ut categorica: alio modo ut syncategorematica. Dictio categorica est, quæ absolute ponit rem significatam circa aliquod suppositum, ut albus circa hominem, cum dicitur homo albus: Dictio verò syncategorematica dicitur, quæ importat ordinem prædicati ad subiectum: sicut hac dictio omnis vel nullus; & similiter hac dictio solus, quia excludit omne aliud suppositum à consortio prædicati; sicut cum dicitur, solus sortes scribit, non datur intelligi, quod sortes sit solitarius, sed quod nullus sit ei cōsors in scribendo, quāuis cum eo plures existant.

PRIMA CONCL. est si hac dictio solus accipiat ut dictio categorica, nullo modo potest adiungi alicui termino in diuinis. Probatur; quia poneret solitudinem circa terminum, cui adiungeretur, & sic sequeretur Deum esse solitarium, quod in articulo precedente refutauimus.

SECUNDA CONCL. Si hac dictio solus sumatur ut syncategorematica, nihil prohibet eam adiungi alicui essentiali termino in diuinis. Probatur; quia possunt excludi cetera, quæ non sunt Deus, à consortio prædicati: ut si dicamus: solus Deus est æternus; quia nihil præter Deum est æternū.

Expositio Textus.

DISTINCTIONEM & vim probationis primæ conclusionis latius explicat S. Tho. in 1. dist. 21. q. 1. a. 1. in c. quam doctrinam hic tangit in responsione ad primum.

Responsio ad secundum argumentum latè explicatur à D. Th. in 1. dist. 21. quest. 2. art. 1. vbi

L. 3 tamen

a
186.

187.

tamen in duobus videtur huic suae doctrinae contrarius. Primum est; quoniam hic negat hanc dictionem *solus* proprie loquendo poni ex parte praedicati; quia praedicatum formaliter sumitur; dictio vero *solus* respicit suppositum, in quantum excludit aliud suppositum ab eo cui adiungitur. In primo vero sententia ait, quod quamvis dictio *solus* sit dispositio subiecti, non tamen oportet ut semper addatur ad subiectum; quia illud etiam quod in praedicato ponitur, potest significari ut suppositum alicui naturae vel proprietati, ratione cuius potest ab eo priuari consortium: ut si dicatur, *sortes est solus homo sedens*. Et quia natura diuina secundum se subsistens est, qualis nulla est natura creata: ideo potest illi addi haec dictio *solus* tanquam rei subsistenti, & excludet omnia extranea a participatione praedicati, ut sit sensus. Trinitas est solus Deus, id est Trinitas est ille Deus, praeter quem nullus alius est Deus. secundum est, expositio verborum Augustini; sic enim ait hic S. D. Aug. autem cum dicit Patrem non esse solum Deum, sed Trinitatem esse solum Deum, loquitur expositiue, ac si diceret; cum dicitur, *Regi saculorum inuisibili soli Deo*, non est exponendum de persona Patris, sed de sola Trinitate: At in primo sententia relata ex Magistro sententia hac expositione, eam rejicit dicens non videri multum necessarium ita dicere. Sed hac in nullo, si bene fuerint perpena, contradicunt; Nam hic affirmat nomen hoc *Deus* positum ex parte praedicati formaliter sumi, atque ideo non proprie dici, *Pater est solus Deus*, vel *Trinitas est solus Deus*, nisi forte (inquit) ex parte praedicati intelligatur aliqua implicatio, ut dicatur, *Trinitas est Deus*, qui est solus Deus. Quod idem affirmat in primo sententia. ubi considerata re significata per hoc nomen *Deus*, quae est natura diuina subsistens, dixit illi adiungi posse dictionem exclusiuam *solus*. Nec tamen affirmat expresse propriam esse loquutionem, sed hoc ipso quod praedicatum illud *Deus*, non consideratur ibi formaliter, sed materialiter tantum, redditur impropria propositio, quod ibidem declarat S. D. explicando praedictam implicationem in praedicato. In eadem tamen dist. q. 2. a. 2. affirmat dictam propositionem habere proprietatem locutionis: quod intelligendum est considerata re significata per illud nomen *Deus* scilicet diuina natura, quae est quid subsistens. Expositio vero verborum Augustini. quam ibidem retulit ex Magistro & hic approbat, non rejicitur absolute, sed ibi tantum dicitur non esse multum necessarium ad eam expositionem recurrere; quia scilicet potest alio modo sustineri veritas dictarum propositionum, ut ostendimus.

In eadem resp. agitur de sensu illius propositionis, *Pater est solus Deus*, de qua late differit S. D. in praedicta dist. q. 2. a. 2.

Plura hic notat Molina de dictione *solus*, quae non sunt necessaria; cum omnes illius acceptiones ad eas pertineant, quas S. D. expressit hic, & in 1. sententia. ut cuique ingenium habenti facile patet.

RESPONSIO ad tertium latius explicatur in allegata dist. quest. prima, art. primo, ad secundum, & quaestuncula secunda. Vide etiam quae scribit Iamellus super hoc, & sequenti articulo.

ARTICVLVS QVARTVS.

Utrum dictio exclusiua possit adiungi termino personali.

AD Quartum sic proceditur. Videtur, quod dictio exclusiua possit adiungi termino personali, etiam si praedicatum sit commune. Dicit enim Dominus ad patrem loquens, Ioan. 17. *Ut cognoscat te solum Deum verum*. Ergo solus Pater est Deus verus.

2. Praeterea. Matth. 2. dicitur, *Nemo nouit Filium nisi Pater*. Quod idem significat ac si diceretur, *solus Pater nouit Filium*. Sed nosse Filium est commune. Ergo idem quod prius.

3. Praeterea. Dictio exclusiua non excludit illud quod est de intellectu terminum cui adiungitur. Unde non excludit partem neque vniuersalem. Non enim sequitur, *solus Sortes est albus*, ergo manus eius non est alba. vel, ergo homo non est albus. Sed una persona est in intellectu alterius, sicut Pater in intellectu Filii, & e conuerso. Non ergo per hoc quod dicitur, *solus Pater est Deus*, excluditur Filius, vel Spiritus sanctus. Et sic videtur hac locutio esse vera.

4. Praeterea. Ab Ecclesia cantatur, *Tu solus altissimus Iesu Christe*.

Sed contra. Hac locutio, *solus Pater est Deus*, habet duas expositiones scilicet *Pater est Deus*, & nullus alius a Patre est Deus. sed haec secunda est falsa, quia Filius alius est a Patre, qui est Deus, ergo haec est falsa, *solus Pater est Deus*, & sic de similibus.

Respondeo. Dicendum, quod cum dicimus, *solus Pater est Deus*, hac propositio potest habere multiplicem intellectum. Si enim solus ponat solitudinem circa Patrem, sic est falsa secundum quod sumitur categorice. Secundum vero quod sumitur syncategorematicè, sic iterum potest intelligi multipliciter, quia si excludat a forma subiecti, sic est vera, ut sit sensus, *solus Pater est Deus*, id est ille cum quo nullus alius est Pater, est Deus. Et hoc modo exponit Augustinus in 6. de Trin. * cum dicit. *Solum Patrem dicimus*, non *Li & deiri*. quia separatur a Filio, vel Spiritu Sancto: sed hoc e. 7. in fine dicentes significamus, quod illi simul cum eo non sunt. Pater. Sed hic sensus non habetur ex consuetudo modo loquendi, nisi intellecta alia implicatione, ut si dicatur: ille qui solus dicitur pater, est Deus. Secundum vero proprium sensum excludit a consortio praedicati. Et sic, hac propositio est falsa, si excludit alium, masculinè. Est autem vera, si excludit aliud neutraliter tantum. quia filius est alius a patre, non tamen aliud, similiter & Spir. sanct. sed quia haec dictio, *solus*, respicit proprie subiectum (ut dictum est) magis se habet ad excludendum alium quam aliud. Unde non est extendenda talis locutio, sed pie exponenda, sicut inueniatur in autentica scriptura.

Ad Primum ergo dicendum, quod cum dicimus, *et solum Deum verum*, non intelligitur de persona patris: sed de sola trinitate, ut Aug. * exponit. Vel si Libro 6. de intelligitur de persona patris, non excluduntur aliae trine personae propter essentiae unitatem, prout ly *solus* excludit tantum aliud, ut dictum est.

Et similiter dicendum est ad secundum. Cum enim aliquod essentiale dicitur de patre, non excluditur filius, vel Spiritus Sanctus propter essentiae unitatem. Tamen sciendum est, quod in autoritate praedicta, haec dictio nemo, non idem est quod nullus homo: quod videtur significare vocabulum. Non enim posset excipi persona patris: sed sumitur secundum vsu loquendi distributiuè, pro quacunque rationali natura.

Ad Tertium dicendum, quod dictio d exclusiua non

130.

1. dij. 22. q.

1. art. 2. q.

4. cor. c. 25.

pot. q. 10.

a. 4. ad 12.

Solutio.

Ar. pr. m.

non excludit illa, quae sunt de intellectu termini cui adiungitur, si non differunt secundum suppositum, ut pars & vniuersale. Sed filius differt supposito à patre, & ideo non est similis ratio.

Ad Quartum dicendum, quod non dicimus absolute, quod solus filius sit altissimus: sed quod solus sit altissimus cum Spiritu sancto, in gloria Dei patris.

Sensus quaesiti.

TITVLVM explicat Cai. & est per se perspicuus: & pertinet hic articulus ad modum loquendi contra Arrianos, quorum argumenta praecipua sunt duo priora, quae profert S.D. ex sacris litteris, ut patet ex 4. cont. gent. ca. 8.

Forma Textus.

PRAEMITTITVR distinctio multiplex, & iuxta singula membra respondetur singulis conclusionibus, addito vno correlario. *Prima distinctio* est haec. Haec propositio, solus Pater est Deus, potest multipliciter intelligi, iuxta multiplicem acceptionem illius dictionis exclusivae solus, quae dupliciter sumi potest. Vno modo categorematice. Alio modo syncategorematice. *Secunda distinctio*: si sumatur illa eadem dictio syncategorematice, dupliciter potest intelligi. Vno modo ut excludit a forma subiecti. Alio modo ut excludit a consortio praedicati. *Tertia distinctio*. Dictio illa solus prout excludit a consortio praedicati, potest dupliciter sumi. Vno modo prout excludit alium masculinè. Alio modo prout excludit aliud neutraliter tantum.

PRIMA CONCL. Si dictio solus sumatur categorematice, falsa est haec propositio, solus Pater est Deus. Probatur: quia sic dictio solus ponit solitudinem circa Patrem.

SECUNDA CONCL. Si dictio solus sumatur syncategorematice, prout excludit a forma subiecti, vera est haec propositio, solus Pater est Deus, sed est impropria. Probatur prima pars: quia hunc habet sensum, solus Pater est Deus, id est, ille cum quo nullus alius est Pater, est Deus: ergo. Probatur antecedens ex Aug. in 6. de Trinit. cap. 7. Secunda pars probatur: quia hic sensus non habetur ex consuetudo modo loquendi, nisi intellecta alia implicatione: ut si dicatur ille, qui solus dicitur Pater, est Deus.

TERTIA CONCL. Si sumatur dictio solus syncategorematice, prout excludit a consortio praedicati, alium masculinè, haec propositio, solus Pater est Deus, proprium habet sensum, & est falsa. Prior pars probatur: quia dictio solus respicit proprium subiectum; ergo magis se habet ad excludendum alium, quam aliud. Posterior pars probatur: quia Filius est alius à Patre, & tamen est vnus Deus cum Patre.

QUARTA CONCL. Si dictio solus excludat aliud neutraliter tantum, vera est dicta propositio, sed minus propria. Probatur prior pars: quia Filius est alius à Patre non tamen aliud, & similiter Spiritus S. igitur excludendo aliud neutraliter à consortio praedicati, scilicet deitatis, non excluditur Filius nec Spiritus sanctus, & sic est vera propositio. Posterior verò pars probatur eadem probatione, qua prior pars praecedentis conclusionis: quia scilicet haec dictio solus respicit proprie subiectum; ergo magis se habet ad excludendum alium quam aliud.

CORRELARIUM est. Non est extendenda talis loquutio, sed pie exponenda sibi inueniatur in autentica scriptura.

Expositio Textus.

PRIMUM argumentum D. Th. est Ioann. 17. Dominus ad Patrem loquens ait. *Ut cognoscant te solum verum Deum*; ergo solus Pater est Deus verus.

Respondet S.D. dupliciter: primo dictum illud Domini non intelligi de persona Patris, sed de sola Trinitate, ut exponit Aug. lib. 6. de Trin. c. 9. Secundo, si intelligatur de persona Patris, non excludi alias personas propter essentiae unitatem, prout dictio solus excludit tantum aliud, id est, rem alterius naturae.

In qua responsione, quoad priorem modum dicendi, aduerte dubitatum à quibusdam fuisse de veritate illius propositionis, sola Trinitas est Deus, cum Filius non sit Trinitas, qui tamen est Deus. Sed obseruandum, quod dictio exclusiua non excludit ab intrinsece clausis in subiecto cui adiungitur, neque à concomitantibus ipsum subiectum: qualia sunt ea omnia, quae non ponunt in numerum cum ipso subiecto propositionis, ut partes essentiales integrantes & subiectivae, communia praedicata & accidentia concretè sumpta. Cum autem correlatiuum ponat in numerum cum suo correlatiuo, non erit de numero concomitantium in sensu nostro, quantum correlatiua sint simul natura. Nam bene sequitur, solus Pater generat, ergo Filius non generat. Ut enim ait S. Tho. in 1. dist. 21. q. 1. a. 2. quantum relatiua consequantur se in esse; non tamen consequantur se in alijs praedicatis: non enim sequitur, si Pater sit musicus, quod filius sit musicus. Etsi verò filius, aut quauis alia persona diuina non sit pars sanctissimae Trinitatis, magis tamen ac intimius ad eam pertinet, quam spectet quaecunque pars integralis aut essentialis in rebus cōpositis ad totius ex ea confurgentis naturam, seu perfectionem aut complementum, nec ponit in numerum vna persona cum tota Trinitate. Quamobrem inter concomitantia sanctissimam Trinitatem, vel potius inter intrinsece clausa, vna aut altera quauis persona computatur non minus quam pars. Et quemadmodum dicendo, solus Petrus currit aut calescit, non excluduntur pedes, neque caput à cursu vel calefactione: ita dicendo, sola Trinitas est Deus, non excluditur Filius.

Secundo obserua secundam responsionem intelligendam esse de propositione in sensu improprio sine minus proprio, ut latè probat S. Tho. in 1. dist. 21. q. 1. a. 2. & eodem modo intelligenda est responsio ad secundum argumentum. Postremo, circa easdem responsiones lege, si placet, ea, quae scribit Suar. lib. 2. de Trin. c. 4. a. n. 1. vsq. ad 5. inclusiue.

Responsio ad tertium explicatur à D. Th. in 1. in a. proxime notato.

QVAESTIO XXXII.

De diuinarum personarum cognitione, in quatuor articulos diuisa.

Consequenter inquirendum est de cognitione diuinarum personarum.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum per rationem naturalem possint cognosci diuinae personae.

Secundo, Vtrum sint aliquae notiones diuinis personis attribuendae.

Tertio, De numero notionum.

Quarto, Vtrum liceat diuersimodè circa notiones opinari.

L. 4

Ratio.